

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni
omni fratre **I**ustus ap̄t̄ est. **D**e patre q̄ sum
Misericordia participacio temp̄ domini st.
qm̄ vnuus p̄ens et vnuus coruus multū sum
omnes qui ex me p̄epanez a me aliis p̄ante
pari. **E**p̄ate q̄st̄ sc̄d̄m̄ sum. **V**nde q̄
ad̄ hostias particeps si adiuncti. **H**oc dico
dico. q̄ uolē p̄m̄alati sit et audiat q̄ p̄
redit̄ sit aliquid. **E**t q̄ vnuus aḡt̄ tener
denominis p̄vredicant. **Z**men ab iudeis auer
os sc̄dis fieri demoniorū. **H**omopotes nūc
domini biliae. **Z**miles armator. **R**ec̄ re
fugie mensa domini participat. **I**ste. **Z**u uincit
demonium. **S**in simulacrum domini. **V**erique
fictioes illius sum. **D**omini uilegent. **S**olus
omnia expuluit. **O**mnia uincit. **S**ic et omnia
tant. **E**mo q̄ sūm̄ q̄t̄ quem. **F**iḡo alii uia
omne q̄ in uicelit uenit mundamente. in
hi int̄magines ppter confidant. **Z**as sunt et
tema. **Z**plenaria eius. **D**omine qui ueni uis
inficiat. ad ueni et uult. **C**ontra q̄t̄ rebis

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

12

DISPUTATIO.

Institutionum Anatomicarum X.

De

PULMONIBUS.

Quam

D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO


TOBIÆ KNOBLOCHII,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeerrima Witebergenstium Academia
defendendam fuscipiet.*

Simon Hafe de Regio-
monte Borussus.

Ad diem 30. Sept. horis & loco notis.



VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno cI5 15 CVII.

Magnifico, Nobilitate, Pietate, Doctrinâ,
Prudentia & Virtute præstantissi-
mo Viro

Dn. HEINRICO à VVEIN-
BEHR J. U. D. ELECTORALI, AC

Ducali in Pruisiâ Consiliario conspicuo, Dicaste-
rijque Aulici Assessori dignissimo,
probatissimo:

N E C N O N

Clarissimo atq; Excellentissimo Viro

Dn. SEVERINO GÖBELIO

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORI
celeberimo, ac Illustrissimi Ducis Borussiæ
Medico dignissimo:

Amplissimo, Prudentissimoq; Viro:

Dn. HIERONYMO SCHULTZEN

Scabino veteris Oppidi Regiomontani eminentiori.

Iuxta item

Virtute, Doctrinâ, vitaque integritate
præstanti viro:

Dn. GALLO KERTZSCHIO ORGANI.

STÆ Lipsian D. NICOLAI Primario, amico
æternum colendo.

Dominis Mecenatisbus ac Fautoribus delita observantia
perpetuò colendis.

Hæc Theses dedicat & offert

Simon Hæse R. B.



ACTENVS Cordis essentiam consideravimus, nunc Pulmones sele offerunt, quorum naturam atq; usum hac disputatione proponere paucis conabimur.

Caput de Pulmonibus.

Pulmo est pars dissimilaris constans ex carne aërea, spongiosa rara, respirationi, voci, & vita interviens.

1. Gracilis & levipes propter tamen partes, id est, spiritus receptionem vel a tenebris spiri dicti, qui inspirando aërem attrahunt, expirando reddunt. Philosophi Cordis flabellum & ventilabrum vicant. Avicenna Cordis culcitram, Plato ἀληφα μαλακον vocat Laurent. : lib. 9. c. 22. Bauhin. l. 2. c. 26.
2. Pulmones carne constant sibi propria, & triplici vasorum genere, que omnia, tunica pretenui obducuntur.
3. Caro est mollis rara & fungosa, & veluti è pumoso sanguine concreta, ut ad hauriendum inquit se recomendum spiritum magis sit idonea & accommodata.
4. Triplici vasorum genere, retis modo implicatorum caro haec intexitur, que sunt arteria trachea, venosa, & vena arterialis. Hec enim tenuissimis surculis in universam pulmonum molem diffunduntur, ea quidem lege, ut venae arteriarum propaginibus trachea ab anteriore parte, vene arterialis à posteriore

secundum longitudinem committantur, trachea arteria semper intermedia existente.

5. Neque extremitates horum vasorum inter se committuntur, sed in pulmonis substantiam absunt & in hac obliterantur. Qua ratione fit ut aëris ex trachea & ramis non statim in venosas recipiatur, sed per carnem prius pulmonis transiens ab ea non nihil immutetur, ne ita frigidus & crassus cordi offeratur, id est, preparetur, ut eo commodius ex illo virilis spiritus in corde confici possit. Sanguis vero ex vena arterialibus in carnem pulmonis descendendo in ejus substantiam convertitur, nec in trachea & siboles commeat, nisi pulmones sint exulcerati, qui propterea iussi & sputo sanguinem reddunt, ut Phthisicis contingit; que tamen ex nutritione hujus visceris quotidie gignuntur excrements, ea per tracheam unde cum sputis redduntur, quia natura inimica & molestas sunt.

6. Tunica obducuntur tenui de involucris vasorum nata, per quam transit sanies aut pus in thoracis capacitatem collectum, interdum in ipsos pulmones inferuntur, & tandem per screatum ejicitur.

7. Nervulos habet admodum parvulos tunicas horum attingentes, non penetrantes, ideoque pulmones per se nullo ferè sensu (caro enim horum non est muscularis) sunt prædicti.

8. Pulmonum autem sensum natura ideo voluit esse exiguum, ne persentirent laborem ex assiduis motionibus diu noctuque nunquam non intermittentibus.

9. Piscibus, ut Aristot. putat, pulmones non sunt, sed horum loco habent branchias, per quas hausta aqua eisq; refrigerare vult Aristot. cum Plin. & Galen sentiant, id fieri aere & vaporibus, qui in aqua continentur per brachias exceptis.

10. Vix pulmonum sunt, ut sint respirationis & vocis instrumenta, dilatati enim instar solis aëre per aspera arteria ramos excepti, eumque cum spirituum sint officinae cordi præparant, non aliter

aliter quam sicuti Epati cibum ventriculus preparat, ut nimirum Epar ed melius ex illo sanguinem confidere possit, ita quoque Pulmones cordi aërem ut dictum preparant, ut eò commodius ex illo vitalis Spiritus confici possit. Sic cum constringuntur exspiratione aërem residuum, & spirituum fuliginosa excrementsa propellunt. Columb. voluit aërem inspiratum per pulmones ferri, eos autem cum sanguine, qui per venam arteriosam ex dextro ventriculo profectus est, miscere; Hac mixta per arteriam venalem recipi, & ad Cor ferri, quo sanguis & spiritus vitalis in ijs preparatus, & penè generatus in Corde magis perficiatur. Verum quomodo sanguis in arteria venosa ferri possit, quærii Bauhin. cum vena arteriosa & arteria venosa non jungantur, sed arteria aspera intercedat. Archangel. hanc opinionem novem rationibus refutat. 1. Vitalis spiritus in Pulmonibus non generatur, quia pisces Pulmonibus carentes spiritus vitales habent. 2. Vena arteriosa sanguinem tantum pro nutritione Pulmonum & non pro generatione spiritus vitalis vehit. 3. Pulmonum temperamentum quia ad frigidius deflectit, spiritus vitales non producere possunt. 4. Quia Pulmonum caro nimis rara, ideoq; ad generationem spirituum vitalium incepta. 5. Si generatur spiritus vitalis in Pulmonibus ducendus per arterias venosas, simpliciturica conditas, certè propter raritatem tunica, tanquam ad Cor spiritus vitalis exportaretur, vel totus vel maxima pars consumeretur. 6. Vena & arterie sejunctæ sunt, & quidem ita ut vena arterijs nihil communicare possint. Ergò in Pulmonibus non generatur spiritus vitalis. 7. Pulmones carent ductibus, per quos elaborati spiritus, in totum corpus distribuuntur, quos tamen omne membrum princeps habere debet; Hepar enim habet venas, Cerebrum nervos, Cor arterias. 8. Pulmones non generant spiritus vitales, quia alias Cor esset Pulmonum servus. 9. Pulmo non est sedes vitalis facultatis. Ergò. Hisce rationibus probat Archang. Pulmonem non conficiendi spiritus

vitalis officinam esse, sed respirandi, cuius sententia & nos subscri-
timus,

11. Est autem duplex: inspiratio & exspiratio, illa
Pulmone dilatato: hac eodem compresso fit, cuius motus princi-
pium à corde esse, dicit Aristotel. in 3. de partibus anim. quod sic
accipiendum est.

2. Cum cor sors sit caloris naturalis, & pulsus sat is refrigerari
nequeat, ardoris necessitate stimulatum movendi facultatem
impellit, que beneficio d'aphragmatis, & thoracis distendit Pul-
mones, ut ita spiritus Cordi subministretur.

13. Inservit autem Pulmo non Cordi duntaxat, sed & Ora-
tori Cordis, Lioguæ nimirum cuius beneficio loquimur. canimus,
&c. quia exspirando aërem in tracheam inmittit, qui materia sit
vocis, quando musculus laringis in exitu suo vibratur & impelli-
tur, lingua postea sermonem format.

14. Ex his patet aliquando, maximum discriminem esse inter
respirationem & pulsum. Nam pulsus calorem sovet, tum Cordis
tum ceterarum partium, in quas arterie inseruntur, ita spir-
atio prōnō potissimum Cordis calorem temperat, quo d'cum tanquam
focus publicus sit ignis perpetui ad eius Symmetriam conservan-
dam, refrigeratione opus est: Atq. hoc primum inter pulsationem
& respirationem est discriminem.

15. Deinde Pulsus à virtute vitali, aut ipsa cordis natura gu-
bernatur; Spiratio à virtute animali, que per nervos à Cerebro
& spinali medulla in musculos derivatur.

16. Postremo Pulsus est motus simpliciter naturalis, aut, ut
Aristotel. loquitur in voluntarius, Spiratio verò aliquid volun-
tarij habet, ut potè quam incitare & reprimere aliquando possū-
mus, quemadmodum Gal. in 2. de Motu muscul. probat exem-
pli servi barbari, qui vehementi ira commotus humi se abjecit,
& repressa spiratione sponte sua sc̄ extinxit.

Sed ut ut

17. Sed ut ut sit de servō illo, cum fieri vix posse videatur, ut spiratio libera voluntate diutius continetur, Et Gal: ibidem factetur, motum in voluntariorum alios, planè liberos esse, & in potestate nostra sitos, ut sunt ambulare, loqui, manu prehendere, & similes alios nec sitari urgenti in corpore animantis subiectos, qui ultra legitimū naturae tempus & modum extendi nequeant. Quo in genere sunt respiratio & urinæ atq; excrementorum alviretentio.

18. Et si enim hec ab arbitrio nostro pendent muscularis administrantibus: tamen quoniam necessitas nature tandem superat, liberis simpliciter motus non sunt, sed quodammodo ex voluntario & naturali mixti.

19. Itaq; spiratio motus est thoracis & Pulmonis, quo attrahitur aér per os & nares, & partim per asperam arteriam in Pulmones fertur, ibique alteratus ad Cor postea transmittitur, partim per os iugocides rapitur ad Cerebrum, ut eo aère spiritus animalis nutritur, quo eodem etiam halitus fervidi è Corde excluduntur, atq; per Laryngem emissi materia sunt ad formandam vocem idoneas.

20. Efficiens causa respirationis est facultas animalis, que Cordis necessitate ex stimulante Diaphragma musculoq; thoracis & abdominis incitat, ut thorace ac Pulmonibus ita agitatis necessarium beneficium Cordi perficitur.

21. Forma est diazoma regnorum in thoracis & pulmonum, quarum hec expirationi illa inspirationi aëris respondet. Si quidem hec duo inspiratione fieri manifestum est.

22. Materia est aér frigidiusculus introensus, una cum fuliginibus de spirituum generatione in Corde genitis emissus.

23. Finis usus duplex est, nutritio spiritus vitalis atque animalis & refrigeratio caloris nativi, item expulsio fuliginosorum haliuum.

Differentiae

24. Differentiae respirationis sunt. 1. Alia est moderata, que sine labore fit & d. fatigacione, & in ijs qui recte valent: alia laboriosa, que organorum operosam quandam contentionem requirit. Atque hec rursus duplex, Alia naturae Φ ou, alia naturae Φ ou.

25. Laboriosa naturae Φ ou est in somno, ubi calore naturali ad Cor retracto illud pleniore spiratione refrigerari est necesse. Postea in affectibus animi vehementioribus, ut in iracundia commotione & tristitia anxietate, ubi sicuti pulsus, ita & spirationem manifeste mutari sentimus. Et tandem in vocis & sermonis formatione, quia tunc spiritu majore opus est, & plurium organorum laboratione, qua de causa, clamando & loquendo defatigamur, respirando non item. In summa, hac respiratione aut est sine sono ut in somno, & affectibus animi, Ira, Tristitia &c. aut est sonora, que sermonis & vocis fundamentum est ut dictum.

26. Spiratio naturae Φ ou est in morbis ut in asthmate, Apoplexia, Catharro suffocativo veterno, Paralyse, & in febribus ardentibus, ubi calor exuperat.

Hac figura anterior Pulmonis sedes, à qua
Cor prælectum est, delineatur.



A A Oesophagi, quo
cibus in ventriculum
fertur, pars.

B Aspera arteria:

C Vena arterialis:

D Arteria venalis:


E. F. G. H. Pulmo-
nis quatuor lobi. Ve-
rūm G. & H. privatim

Pulmonis sedem indicant diaphragmati gibbo thoracis amplitu-
dinem spectanti congruentem.

I. Septum transversum.

Hec

Hæc figura Pulmonis ex thorace evulsi
posteriorem sedem notat.



*A Asperæ arteria porrò, posteriori ex sede
hic conspicua.*

B. C. D. E. Quatuor Pulmonis fibræ seu lobi
bubuli pedis superiorē regionem exprimentes.

27. Singula ergo haec differentiae secundum gradus suos certis quibusdam organis perficiuntur. Aspiratio quidem moderata à toto diaphragmate gubernatur, et si extavorum in hoc genere juvant musculi epigastricj dicti. Vio-

lenta autem spiratio & expiratio intercostales interiores > dorsi, & à collo 3 dimissis surculos assumit, prout minore aut majore contentione in hac opus fuerit: exphosov, αψοφοι commovent intercostales, φρανδιν musculi faucium, vocem ipsam à laryngis musculi: dialectum aut sermonem lingua format, labiorum palati & dentium operae assumpta, de quibus omnibus mox plura.

De Accidentibus.

i. Collocatus est Pulmo in thorace, ita ut excepto cordis pericardio obvallati loco omnem fere reliquam thoraci capacitatem occupare videatur, dum enim distenditur thorax nullum vacuum est, dum vero coarctatur non ita ut in demoriuis, flaccescit & collabitur.

2. Figuram Pulmonum testitudini similem esse vult Hippo. Nos variam pro ratione partium cum Laurent. & Bauhi, quibus accum- bunt figuram agnoscimus. Nam extrinsecus gibbosus intrinsecus cari sunt. Dextra tamen pars sinistra juncta bubulam, servinam, vel al- terius animalis bisulci ungulam referunt.

3. *Habent etiam lobos Pulmones eum in finem, ne cum dorsum, fleximus comprimerentur aut disrumperentur, ut docet Laurent.*
lib. 9. c. 22. Gal. agit de lobis 7. adm: An: 11. 7. usu part. 2. &
19. & 6. ejusdem 4. Archang: hist: 8. B Magni-

4. Magnitudo hujus naturalis tanta quanta thoracis capacitas. Tam magnus autem Pulmo i deg a D E O creatus, ut plurimum aeris continere possit. Cogimur enim in longa oratione, que unico aeris haustu perficitur, non respirare, ut & in cantu & vociferatione, quin etiam ut putridos & foetidos odores fugiamus, & dum natus spiritum cohibere possimus, & nisi magnus esset Pulmo, non sufficeret cordi refrigerando, nutriendo, expurgando, & cogeretur animal nobilis illas actiones, ac necessarias, locutionem, cantum, &c. brevissimis spacijs interrumpere.

5. Licet unus sit Pulmo tamen in duas partes a media stinie dividitur: ut ita dextram & sinistram habeat partem, quarum utraque in duos lobos membranis quibusdam fibris in homine connexos dissecatur. Dividitur autem fortasse ob sequentes usus in duas partes:

1. Ut una ejus parte lesa altera sit in officio. 2. Ut commodius Cor complectatur, tuisq; moveatur, quam sit tota sua mole esset continuus, unde Grxcis & Latinis in usu est, ut Pulmones dicant, non Pulmo.

6. Color Pulmonum varius, in factu ruber, in adultis vero fuscus, vel ut Archang. vult subpallidus in flavorem quodammodo devergens. Rationes diversitatis colorum, vide apud Archang. d.l.

7. De temperamento Pulmonis, et si inter se disputant Medici, nos tamen cum Gal. calidum & humidum ejus temperamentum, esse sequentibus affirmamus rationibus: 1. Si ratione nutritionis consideretur, alitus sanguine tenui & rubro, in sinu dextro cordis elaborato, qui calidus est & humidus. 2. Si consideretur ratione substantie, utiq; humida ejus temperies apparebit, mollior enim & spongiaea eius est substantia, ideoq; etiam humida, cum ab humido agi inseparabilis sit mollietas ac a secco durities. 3. Nec natura membrum, quod perpetuo & primo frigidii aeris copiam recipere debet frigidum format, sed potius calidum, ut aerem illum frigidum irruentem temperet, nec ita frigidum ad Cordem emitat. Caliditatem vero illam Pulmonis non impediunt illa intertexta vasorum spermatica: aut quod ad Corde refrigerationem conditum

conditum est hoc viscus: vel quod affectibus frigidis sepius oorrum-
pitur: vel quod pituitosam per tuſsim egerat materiam: 1. enim illa
vasa ejus parenchyma non conſtituunt, ideoque ejus temperamentū
et quæ mutare nequeunt, ac fibre illæ & quatuor illa conſpicua vasa in
corde ejus temperiem non immutare poſſunt. 2. Cordis est refrigeri-
um non ratione ſuī temperamenti, ſed quatenus aerem externum
recipit, & eundem Cordi communica. 3. Frigidis corripitur affecti-
bus ut obſtructionibus, Asthma, Difſnea, non propter ſuām intem-
periem, ſed propter vasa ſeminaria ſibi inſerta. 4. Pituitosam
materiam non ſuā temperie generat, ſed à Cerebro ad medium
ventrem humor ille pituitosus deſcendit, & per ſcreatum ejicitur.
Humiditatem autem Pulmonum hæc argumen ta tollere non po-
terunt, quod ejus visceris cavitates & patula foramina non claudan-
tur, quod in plerisq; humidis corporibus fieri videmus: Nam 1. na-
tiva humiditas probè cum ſiccо permifta nondiſfluit, & 2. natura ita
format humidorum, laxorumq; corporum oras extremas, qua in me-
atus vel ventres deſinunt, ut in callum mutet, ne innata mollities
reddat ea fractioni obnoxia, ut in mollifíſimo Cerebro videtur. Sed
instas Pulmonem ſitis esse cauſam, propterea q; ſicca cum ſitis nihil fit
aliud quam appetitus humidi & frigi. Reſp. Si illud quandoq; fit,
tunc id non tam temperiei quam calide & ſicce Pulmonum intem-
perici aſſcribendum. Vide Roder. à Veiga art. Med. c 65. Luren.
lib. 9. quæſt. 22.

Quæſtiones.

An potus per asperam arteriam ad Pul-
mones poſſit ferri?

In thoracis affectibus dogmatici Medicie eccliegmata ſeu linctus
& ſyrupos exhibere ſolent, ut pars horum medicamentorum, per
Epiglottidis ſemper hiantis meatum ad latera asperæ arterię ad par-
tes thoracis affectas deferatur: veriſimile ideoque videtur etiam po-
tum, qui tenuiorem adſuſ habet conſtentiam quam eccliegmata
quædam.

quædam per eandem viam ad Pulmones posse referri: quod negavit Hippocrates. 1. Quia expletum potu Pulmonis corpus rarum & laxum, nec spiritum continere, nec vocem edere posset. 2. Decocta purgantia acrimonia sua excederat Pulmonē. 3. Semper oboriretur tussis propter pótum descendantem. Si enim paucissima pituita & particula Epiglottidi incumbat, molestissima statim tussis exoritur. Nos utrāque sententiam veram esse dicimus & affirmamus, particulam quidem potius ad Pulmonē descendere, sed non in tanta quantitate, ut incommoda illa ab Hippocrate allata in via & itinere excitare possit.

2. Quæstio.

An motus Pulmonibus sit proprius?

Galenus, Vesal. Laurent. & ferè omnes anatomici afferunt, Pulmones moveri ex accidente ad motum, scilicet thoracis ob sequentes rationes. 1. Dicunt Pulmones non habere fibras musculosas, quibus vis movendi à Cerebro communicari posset. 2. Sine thoracis motu Pulmones nunquam moveri, sed motu voluntario ad motum thoracis moveri. Et hoc ipsum Archang. dupli experientia probat. 1. Vidi in viro, inquit, mihi familiari, qui è vita migravit, Pulmonem totum tenacissimè adhærentem undique costis omnibus; & tamen in eo nulla erat spirandi difficultas. Quare sic tenaciter adhærentes, necesse erat eos duci, & reduci à dilatatione, & ad strictione thoracis.

2. Quidam vulnus inflatum fuit in latus sinistrum, amplum & patens; per quod pulmo & facile videbatur & facile tangebatur: qui flaccidus factus & in se se confidens non movebatur ad motum thoracis, sed dumtaxat tremere videbatur & leviter palpitare: ob eam quidem causam, quod capacitas thoracis aere externo per vulnus ingrediente implebatur. Quocirca cum non daretur vacuum, aere per vulnus intro missio pulmi thoracis motum non seqvebatur & addit: Ex quibus constare debet, cum pulmones bene affecti sunt nec costis implicati adhærent, moveri fuga vacui. Si enim flaccidentes & quasi corrugati persisterent pulmones & thorax dilataretur: profectò inter pulmonem & dilatatum thoracem vacuum reperi retur: quod natura summè abhorrens & fugiens, præscripsit, pulmones moveri. Sc. dilatari ad motum thoracis fuga vacui. Nam quando pulmones contrahuntur, non contrahuntur fuga vacui; sed vel compressi à thorace coangustato, vel aere è pulmonibus per expirationem excunte vel utroq; modo Hactenus Archang. Huius sententie etiam subscrbit Gal. qui ait: Pulmones moveri vacui necesse.

LAUS DEO.

Uk 662

ab prudante Daret mulieris iniquitatem



1017

h

de et alia illud fratres omnia regnii dei fratre
meo oblatione patre uides et genitibus recte
sic tu sent et ego et omni omnibus placeat
hunc quod in uile est si quod multis et pa-
ciunt **Splm** **undecimam**
¶ ita istantes mea est te fiant et ego per laudes
uices eas facias quod per omnia memor es sis
et sciat tunc uisus precari mei temere
¶ solo aut nos sicut quod omnes vobis caput erit
est caput ut misericordia caput vero ipsa erit
¶ Omnes enim ex dilectione regnante regnante caput
detur post caput suum ¶ Omnes at misericordia omnis a
dilectione non regnante caput detinunt caput suum
¶ Num est enim ut facilius est? Nam si non
detur mulier fideliter et iusta fuga e-
st. et tunc et lenitatem vel tempore licet
¶ Ubi uida non uult retine caput suum qui
proiectus est et glorietur et fideliter et glorietur
verum et non enim ut sed mulier fideliter et
vero. Et non non est amans qui optet mulier
se inuidet et pote virtutem. ¶ Tunc dicit mulier et
lamen huius et sum enim propter regnum
tum meum et regnum sicut mulier regnum
tum meum et regnum sicut mulier regnum

Farbkarte #13

